Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

opa manuum hominum. Os
habent et non loquentur oculos ha
bent et non videbunt. Aures
habent et non audient nec enim est
spiritus in ore ipsorum. Similes
illis fiant qui faciunt eis et omnes
qui confidunt in eis. Domus
israel benedicite domino domus a
aron benedicite domino. Omnis
semen benedicite domino qui timetis
dominum benedicite domino. Be
nedictus dominus ex sion qui habi
tat in hierusalem. Ps cxvi. Dd.
Confitemini domino quo
niam bonus quoniam
in seculum misericordia eius
Confitemini deo deorum. Con
fitemini domino dominorum
Qui fecit mirabilia magna so
lus. Qui fecit celos in intelle
ctu. Qui firmauit terram super
aquas. Qui fecit luminaria
magna. Solem in potestatem
diei. Lunam et stellas in potesta
tem noctis. Qui percussit egip
tum cum primogenitis eorum
Qui eduxit israel de medio eorum
In manu potenti et brachio ex
celso. Qui diuisit mare rubrum
in diuisiones. Et eduxit israel per
medium eius per medium eius.
Et excussit pharaonem et mul
titudinem eius in mari rubro. Qui
conduxit populum suum per desertum
Qui percussit reges magnos. Et
occidit reges fortes. Sehon rege
amorreorum et og regem basan.
Et omnia regna chanaan et
dedit terram eorum hereditatem.
Hereditatem israel seruo suo. Qui
de humilitate nostra memor fuit
nostri. Et redemit nos de inimi
cis nostris. Qui dat escam omni
carni. Confitemini deo celi
Confitemini domino dominorum
quoniam in seculum misericordia eius
Ps cxvi David.
Super flumina babilonis
illic sedimus et fleuimus
dum recordaremur tui
sion. In salicibus in medio eius
suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos qui cap
tiuos duxerunt nos uerba cantu
orum. Et qui abduxerunt nos hy
mnum cantate nobis de canticis sion.
Quomodo cantabimus canticum
domini in terra aliena. Si oblitus
fuero tui hierusalem obliuioni detur dex
tera mea. Adhereat lingua mea
faucibus meis si non meminero tui
Si non proposuero hierusalem in prin
cipio letitie mee. Memor esto do
mine filiorum edom in die hierusalem
Qui dicunt exinanite exinani
te usque ad fundamentum in ea
Filia babilonis miserera beatus
qui retribuet tibi retributionem tuam
quam retribuisti nobis. Beatus
qui tenebit et allidet paruulos tu
os ad petram. Ps cxvi David.
Confitebor tibi domine
in toto corde meo quoniam
audisti omnia uerba oris
mei. In conspectu angelorum psal
lam tibi. Adorabo ad templum sanc
tum tuum et confitebor nomini tuo
super misericordia tua et ueritate tua